

SCRIPTA

Numéro Scripta : 645

Auteur(s) : Richard de Malpalu, Rouen (doyen chapitre cathédral)

Bénéficiaire(s) : Jean des Andelys, maçon [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1207

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Donation, à Jean des Andelys, d'un ténement sis rue Saint-Amand, par Richard de Malpalu, doyen du chapitre métropolitain

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° LXXXVIII, p. 118-119.

Dissertation critique

Jean Luce, maire de Rouen, en 1207, 1211, 1212, 1216, 1217, et 1218 d'après Farin (LAFFLEUR DE KERMAINGANT, *Cartulaire du Tréport*, p. 119, n. 1).

Texte établi d'après a

Sciunt omnes quod ego Ricardus de Mala Palude, Rothomagensis ecclesie decanus, tradidi et concessi Johanni de Andeli, cementario, tunc magistro fabricae ecclesie Rothomagensis, quoddam tenementum meum in vico Sancti Amandi, de feodo magistri Stephani Clarenb[oudi], quod dicitur fuisse Vitalis Haket, sicut situm est et se porportat inter tenementum Sancti Amandi, in quo moniales habent furnum suum, et tenementum quod fuit Walteri le Charetier et maceriam que fuit Evruini, a via ante usque ad tenementum meum per retro de eodem feodo ; tenendum illud de me et heredibus meis eidem Johanni et heredibus suis libere et quiete et hereditarie, reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim viginti solidos usualis monete, medietatem in Natali Domini et medietatem in festo sancti Johannis Baptiste. Licet autem prenominato Johanni de Andeli et heredibus ejus de hoc tenemento facere omnem voluntatem suam [sicut] de suo proprio, salvo predicto reddito et jure dominico. Et ego et mei heredes ei et heredibus suis illud debemus garantizare contra omnes gentes, et de omnibus redditibus adquietare per prenominationem redditum. Pro hujus autem hereditagii concessione et garantizatione, dedit michi prefatus Johannes viginti quinque libras turonensium de recognitione. Ut hoc autem firmiter teneatur, sigillo meo confirmavi. Actum fuit hoc concessione magistri Stephani Clarenboudi, tunc domini hujusdem feodi, et sigillo suo confirmatum, cui idem Johannes dedit unum bisantum auri de recognitione. Ad majorem vero confirmationem, factum fuit hoc coram Johanne Luce, tunc majore Rothomagensi, et sigillo communie Rothomagensis confirmatum. Testibus hiis : Rogero, Rothomagensis ecclesie cantore, Teobaudo de Ambianis, Roberto de Sancto Nicholao, Radulfo, filio Geraudi, Nigasio, Philippo de Mala Palude, Rothomagensibus canonicis, Bartholomeo Crasso, Vincentio Caval, presbiteris, Rogero Crasso, Amalrico Crasso, Radulfo Grognet, Nicholao de Deppa, Stephano de Cotevart, Matheo, filio Nicholai, Roberto, clerico, Petro de Novo Foro, Radulfo de Bordeni, Roberto, filio Presbiteri,

Johanne, filio Mauricii, Simone Marescallo, Tierico de Nivele, Rogero Portario, Johanne Balague, Rogero de Bovilla.